



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXIX. Editio legibus comprehensa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

ribus futuris apud se retineat , vt si
ei in anteà necesse fuerit , in præsen-
tia Regis , aut principis loci sit pro-
ferenda.

X X I X . E D I T I O L E G I B V S
comprehensa.

LEx Romana pro vtilitate hu-
mani generis exposcit , vt si
quando cuiuscumque iniusta ap-
pellatio cōprobatur , sumptus quos
post appellationem aduersarium
suum accusator compulit sustinere ,
non in simplum ei , sed in quadru-
plum ab accusatore cogatur resti-
tui. Igitur ego in Dei nomine ille ,
dum non est incognitum , qualiter
apud te homo ille , nomine illo , in
rationes publicas , ante illustrem
virum illum , vel reliquos viros , qui
subter tenentur inserti , Turonus ci-
uitatem adsteti , de aliquibus locel-
lis , nuncupantibus illis , sitis in pa-

Y iiii

go illo, qui mihi per legitimam suc-
cessionem sunt debiti, & tu præsen-
ti ordine, malo ordine eos posside-
re videris. Vnde apud me in respó-
sum introire noluisti, nisi, sicut lex
edocet, tibi inscriptionem de sum-
ptibus & expensis confirmassem.
Ideo placuit mihi, vt hanc editio-
nem in te adfirmare deberé, quod
ita & feci: vt si apud me de ipsis re-
bus in rationes, vel in iudicium in-
troieris, & ipsa causa inter nos legi-
bus definita fuerit, & mea iniusta
fuerit accusatio comprobata, de ea-
dem causatione, omnique tempore
quietus resideas, & sumptus, vel ex-
pensas superius nominatas, quas
pro necessitatibus tuis me compel-
lente visus es expendisse, secundum
legis ordinem, transacto litis tem-
pore partibus tuis cogar restitui. Et
pro rei totius firmitate hanc editio-
nem manu propria subterfirmaui,

& bonorum virorum roborandam decreui. *Et si de homicidio accusatio processerit, secundum hanc sententiam inscriptione celebretur.* Quicumque alium de homicidij criminе periculosa , vel capitali obiectione pulsauerit , non prius à iudicibus audiatur , quām se similem pœnam quam reo intendit cōscripterit subiturum. *Et si seruum alienum accusandum esse crediderit, se simili inscriptione constringat in futurum , vt supplicia innocentium seruorum , aut pœna capitatis sui , aut facultatum amissionē compenset.*

XXX. RELATIO CVM
indicio.

Auctoritate legis præceptum est, vt in toto litis termino requiratur, per quem orta est contentio. Et si quis ad rapinam faciédam adgreditur , aut iter agentem insi-